



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

De Pronvntiatione. Liber Nonvs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)



D E
PRONVNTIATIONE.
LIBER NONVS.

*Actio cor-
poris elo-
quentia.*



N Eloquentiæ potissimum exercitatione conformari solet actio, cuius vis maxima est, & ad omne momentum persuasionis, efficacissima. Est enim corporis quædam eloquentia, qua fit, ut animus optimis sensibus affluens in corpus emanet, eique sui generosam speciem imprimat. Ut igitur lumen à sole, sic ab intima mète profuit actio, imò mens ipsa in actione se prodit, quasi in speculo, & per vultum, per oculos, per manus, per vocem, optimum eloquentiæ instrumentum, in exteriora sese diffundit: cumque ea quæ interiora sunt, minus pateant multitudinis ingenijs, quæ omnia ex oculis metiri solet: contra, quæ videntur, & audiuntur, vehementius animos per sensum transfusa percillant, euenit, ut qui actione floruerint oratores, omne (quod aiunt) punctum semper retulerint, nec immeritò eandem eloquentiæ primariam, & pene vnam virtutem agnouit Demosthenes.

*Actio vsu
potius di-
scitur,
quàm pra-
ceptis.*

Quamobrem, & ei qui seriò decus affectat eloquentiæ, diligenter conformanda est, & omni ex parte perpolianda, quamquam superuacaneum existimo, de ijs longam præceptorum seriem texere, quæ potius è naturæ cuiusq; affectione, viua voce, & continua exercitatione petenda sunt, quàm ex scriptorum monumentis expectanda: Qui enim hæc scrupulosus inquirunt ex libris, & exercitationi minimè insistant, idem mihi facere videntur, ac si quis, ut in strenuū militem euaderet, gladiatorum di-

ctata multa quam auidè colligeret, ludi verò gladiatorij aspectum, & rudes, & petitiones, & declinationes nunquam digladiando experiretur. Est autem cuiuslibet promptius actionis vitia, & deformitates notare, quàm quid optimum sit, in tanta corporum, & ingeniorum varietate definire.

De actione molli, & curata.

CAPVT I.

Familiarissimum est ijs, qui ex Rhetorum ludo, & præceptis adhuc calent iuuenilius, actionem nimis mollem, & curatam studiosè consecrari, qua plurimum sapè deperditur grauitatis.

Alius est Athleta in ludo, alius miles in acie, eum ad pompam, & delectationem referantur omnia, exilire solet liberius actionis quædam affectata iucunditas; At vbi seriò cum hoste conflegendum est, deflorescit hic ab arte numerosus lepos, & plus sapè naturæ, quàm præceptis tribuitur.

Non enim satis sani videntur, qui certantem hominem, & iam in sudata lorica deflagrantem, volunt minutulis quibusdam præceptis, & legibus illigare, qui Oratores, ad religiosam Phonsæorum obseruationem reuocant, abstinentiam ciborum variam præcipiunt, liquidorum etiam plasmarum forbitunculas præscribunt; gestum deinde formant, quasi ex pyxide ad choreas, non ad turbari sonitus, armorum-

*Actio sibi
la nimis
plurimum
delicata.*

*Actio mi-
tis cura-
ta non for-
solum, &
pulsuerem
legitimi
certami-
nia.*

Simile de equis Sybaritarum.

morumque terrores educturi essent oratorem, His igitur saepe numero contingere solet, quod Sybaritarum equis ludionibus quidem illis, sed minime bellicosis: Quippe gens chorearum, ad insaniam vsque auida, etiam equos numerosè saltare docuerat, qui postquam ex saltationum umbraculis, in solem, & puluerem suat producti, Martis & tubarum ignari, nimis insulse compositis moribus lasciuientes, se, & totum exercitum perdidit: ita illi ab imis vnguiculis ad verticem vsq; venusti Rhetores, qui triumphat in lusionibus, in legitimis praelijs, si eandem teneant rationem, se, & causas in discrimen adducunt.

Itaque bene monet Quinailianus, actionem non esse delicias molliendam: alioqui nitida illa, & curata pronuntiatio insolitum laborem recusabit, ut afflueta gymnasijs, & oleo corporata, quilibet sint in suis certaminibus speciosa, atque robusta, si militare iter, faciesque, & vigilijs imperes, deficiant, & quaerant victores suos, nudumque sudorem.

De actione rudi, & vasta.

CAPVT II.

Moderata actionis cultura.

Neque tamen cum mollis, & compta repudiatur actio, eò deueniendum est, ut cum ijs sentiamus, qui rudem illa, & qualem impetus cuiusq; animo tulit, actionem iudicant fortiozem, & solam viris dignam. Est enim profectò ab arte moderata quaedam cultura capienda; Nam etsi praecipis istis in dicendo manifestè non utimur, tamen apparet, atque extat, vtrum aliquando dilectimus.

Vt enim (quod ait M. Tullius) qui pala ludunt, non vtuntur in ipsa lusione artificio proprio palaestrae: sed indicat ipse motus, didicerintne Palastram, an nesciant.

Sic in orationibus iudiciorum, concionum, Senatus, etiamsi non adhibentur gestus ex schola, facile est tamen intueti, vtrum is, qui dicat, liberaliter aliquando fuerit institutus.

Omnis quidem affectatio, ac nimis delicatus lepos inuisus est, & merito in serijs praesertim orationibus suspectus.

At ipse neglectus actionis incidit in aliud vitium rusticitatis, quae merito placere non possit.

Itaque, ut qui formae nimis student, elaborantque curiosius, delicate molli tigi suspicionem non effugiunt: contra, qui omnino negligunt rigorem quandam animi, & duram speciem praefereunt austeritatis.

Non dissimili ratione, quae nimis excolitur actio, pueriles delicias sapit: quae profus contemnitur, in agrestem duritiem transit, quae auditores retinere non potest: tenendus est, ut in ceteris modus, & medium, in quo solet virtus consistere. Quamquam si in altero peccandum foret, facilius excusaretur simplex quaedam rusticitas, quam putidiuscula vocis, gestus, & habitus affectatio. Quod Philostratus dilertè notauit in Philisco, qui ad eò Antonino Imperatori ob infractam molliem actionis displicuit, ut immunitate, qua ceteri penè omnes sophistae gaudebant, excideret, vbi inter cetera notat,

Philost. in vita Philisci sophista.

ἡ τὴν σκληρὰν ἀσχίμωσιν ἔδοξε, καὶ τὴν φωνὴν μὴ ὀρθῶς, καὶ τὴν γλωσσίαν ὑψηλῶς, καὶ βλάπτειν ἐνέασεν οἱ μᾶλλον ἢ ἐκ τὰ νοσήματα. Veste, inquit, indecorus, voce penè effeminatus, lingua supinus, & alio quouis potius in dicendo, quam ad sensa respiciens visus est. Quam ob rem Imperator in Philiscum conuersus, eius os continuo repressit, angustas interrogationes ingerens; ad quas, cum Philiscus minime responderet: τὸ μὲν ἄνδρα, inquit Antoninus, δέχομαι ἐν κόμῃ, τὸν δὲ ῥήτορα, ἢ ἰσθμῶ, & cum sibi, ob sedem Athenis datam, immunitatem quoque concessam dicitaret, respondit Imperator, se non διὰ μικρὰ καὶ ὀλίγα, να λογάρα, immunitatem concedere. Ita ille vitio pravae actionis irrisus, & multatus est.

Actionis delicata rigida censura.

De actiuosa, & frigida.

CAPVT III.

Est plebeiorum feruè hominum sensus, ut nullam putent egregiam, nisi quae potent indignetur, actionem, in qua & rigidi vultus toruitas, & clamorae fauces, & vox viulans, & pedis suppletiones, & brachiorum remigatio, & totius corporis dissoluta quaedam, atque intemperans iactatio: quae tamen agendi ratio, quam parum synceta sit, & prudens, declarant summorum Oratorum de pronuntiatione iudicia.

Actiuosa

Demosth. de clamoribus iudicium.

Siquidem Demosthenes eorum perstrin- gens incitiam, qui, vt. valentissimum quem- que lateribus, ita optimum iudicarent Rhetorem. Præclare monuit Oratores, non ex voce, sed ex mente dignoscendos, οὐκ ἐκ τῆ φωνῆς ἀλλ' ἐκ τῆ γνώμης.

At M. Tullius clamoros illos latratores: elaudis similes esse dicitabat: sicut enim hi ad equum imbecillitatis suæ per fugium, ita illi ad clamorem, ignorantia suæ præsidium concu- runt. Hoc deinde clamore, quasi robusto iu- mento ferocius inuecti, apud imperitos quosq; tripudiant. Sed nunquam Homerus Stentorem inter oratores numerauit, ne magis hoc nomine possint fieri eloquentes, quam baiuli citharædi.

Itaque, licet promptissimum sit eloquentia: telum vox firma, & robusta, nec tamen nimia contentione politis auribus officiat, prouidenda est.

Carneades, vt clamorosus arguitur.

Nec immeritò Carneadem Stoicum, nondum tantæ apud Philosophos autoritatis, in gymnasio dissentem, misso quopiam gymnasiarchus monuit, vt vocem acutam remitteret: Erat enim natura vocalissimus. At cum ille respondisset, Da mihi vocis modum: Non ineptè occurrit, Do eum qui recum: sermocinatur.

Ex quo fit, vt prolocis, & auditoribus conformanda sit vox, ne aut nimis demissa sit, aut etiam sonantius, quam necesse sit, exiliat.

Multò verò magis gestus prudenter est temperandus, ne in calore orationis, præter modum subsultans efferatur.

Haterij aetio verba mens. Se. neca in controuersis.

Quintus Haterius, quem sufflaminandum Augustus Imperator, sumpta à curribus metaphora, dicitabat, seruum à tergo perorans habuit, qui ardore quodam eloquentia: vehementius procurrentem, tactu uelitis, moneret, & ad æquitatem orationis reuocaret.

Dici non potest, quantum à veteribus exagitata fuerit ea, quæ in rebus etiã modicis certitur apud complures insolens totius corporis, vbi nihil opus est, iactatio.

Titius sal. ratio. Cicero in Bruto.

Sextus Titius, homo loquax, & acutus, tam solutus, & mollis fuit in gestu, vt saltatio quædam nasceretur, cui saltationi Titius nomen esset, ita actiuosus orator triualibus etiam probris concisus, eius vitij deformitatem magis insignem reddidit.

Quintil. lib. 11.

Nec temperator fuit Manlius Sura, quem cum Domitius Afer multum in agendo dif-

curstantem, salientem, manus iactantem, eor- gam deicientem, ac roponentem vidisset, non agere dixit, sed fatagere, hoc est frustra, misere, non fatagere.

Alij hac corporis agitatione minimè contenti, multa passuum millia, vt ille Virginij antisophista, declamant, contra quos lineam merito Cassius Seuerus poscere solebat, vt aliquem excursionis terminum, qui in stadijs adhiberi solet, constituerent.

Alij mentum intorquent, alij femur, & frontem in nugis feriunt, alij pulpitum perpetuis ictibus terunt: Nonnulli etiam capillos velunt, quod Socrati ardore mentis incitatissimo contigisse, narrat Diogenes Laertius.

Hæc sanè vitia sunt actionis profus illaudata, quæ cum omnes dedeçant, maximè tamen graues personas, & sedatas orationes: et suu oratore plurimum laudis obtineant affectus, nunquam tamen ita debent esse immoderati, vt extra se exillire orator videatur, alioquinisi permoitionis ipse potens fuerit, contemptus efficitur.

Deinde grauitati non parum officere solet crebra illa corporis iactatio, & iuuenilis motus ostentationem habet non mediocrem.

Contra, quæ sine hac gestulatione sapientum voces exprimuntur, ex tranquillo mentis sacrario, quasi ex oraculo fluere videntur, & ideo ad persuasionem plus habent firmitatis.

Quamquam in eo magna est argumenti ad dicendum propositi habenda ratio, & alia sedate, alia seuerè nonnunquam, & atrociter dicenda sunt, nunquam tamen insanè, quod ijs accidit, qui in nugis tragica, & vuluanti voce lasciuunt.

Aliorum longè dispar est ratio, qui adeo miserè, & frigide dicunt, vt vbi irasci, tonare, ac fulgurare oporteat, non magis ardescant, quam gallinæ madidæ, & lectoris tono Thye- stæas exercitationes decurrant.

Hoc vitium in M. Callidio, Q. Gallo accusatore præstringit M. Tullius. Cum enim affirmaret se testibus, chirographis, questionibus, probaturum sibi à reo fuisse præparatum venenum, sed interim rem atrocem, remisso vultu, languida voce, ac reliquo gestu parum concitato pronuntiaret, M. Tullius, Tu, inquit, nisi fingeres, M. Callidi sic ageres? Ex actione colligens, illum non ex animo loqui.

Qui sunt ita affecti ad consolandos in vale-

Oratoris est agere, non fatagere.

Sedata gravis per- sona oratio, quasi ex sacrario prodire videtur.

A. Fio frigidus.

Cicero in Bruto.

tudi-

rudinario ægrotos magis, quam ad grandiores orationes sunt idonei; & quamquam occurrunt nonnunquam tempora, & auditores, apud quos ipsi sunt valde apti, vt apud Ateopagitas, qui res simplici oratione narrati, nullis verò motibus exaggerari, incendiue iuebant.

In hoc genere magna, & ætatis, & personarum, & rei ad dicendum propositæ habenda est ratio: quadam enim sunt, quæ gestum nullum ferunt, sed quod simplicius dicuntur, eò plus habent ad persuadendum roboris: Contrà, gestus si quid artis oleat, de fide, & autoritate dicentis nonnihil detrahit.

Alia tempora de industria promunt eloquentiam; alia celant; & eius percillidè declinant opinionem, omnia rerum momenta prudentissimo præsertim oratori sunt expendenda, & vt styli, sic actionis quoque adhibenda est varietas.

De Cantu, & monotonia.

CAPVT. IV.

Sed nos errata, quæ in actione contingere solent, plenius agnoscamus. Ominino, vt sea tota in pronuntiationem, & gestum diuiditur; ita vocis, & corporis vitia sigillatim expendenda sunt.

Quo in genere primùm est, & familiarissimum cantus, quod inutilius sit, an fœdus dubitare se dicit Fabius: appellatur istud à nonnullis Caricum vitium, & xaxixx mobis, quod Cares, vt lamentabili cantilena supra ceteros delectati, locum proverbio dedere: ita etiam febiles Rhetores habuerunt, quos pene cantasse in epilogis testatur Marcus Tullius, & Fabius Quintilianus: Si quis autem querat, quid sit cantus, dixerim esse clamorant quandam, & subsultantem vno ferme tenore veniam.

Primùm igitur animaduertas in cantoribus *monotoniam*, hoc est vocem etiam in cantu, vnius semper tenoris, similem tabulis, quas *monotoniam* appellant. non quod non habeant aliquam modulorum disparitatem, quam cantus necessariò solet includere, sed quod desit illis aucupium gratissimæ varietatis, qua pro argumentorum dissimilitudine suam nauis oratores perspergunt actionem.

Itaque, si narratiunculam quandam in submissò genere dicendi cantores percurrant, vbi

minimè affectatus requiritur pronuntiationis lepos, insurgunt, inclamant, cantant, nec alio tenore dicunt, *fer vinum, fer aquam, o puer, vel, nam postquam venit hic ad balneas, cepti defricari, quam, O Cheronka perniciosus aget is transfuga ad Barbaros Booriatigemiscite Heroum anima, ad Plataas vici sumus.* Deinde quicquid dicunt, tanta voce, tantaque contentione spiritus pronuntiant, vt ægrè possent submittere, & in exilem sonum delectere possint, sed vox semel incitata, quasi effrenis Numidarum equus ruit, & nulla moderatione temperatur.

Accedit inter eosdem semper limites subsultans quidam puerilis tonus, quo vox in alijs muliebriter frangitur, in alijs perquam febiliter vllulat, ad summum totam pronuntiationem corrumpit.

Secundum illud quidem est in oratoribus, *Cantus* (vt ait Quintilianus) & inutile vitium, fœdum propter inflexiones muliebres, & vllulationes: inutile propter frigus, & fructus inopiam. Nihil magis officit percuasione, nihil minus afficit nauum auditorem, nihil vno oratore indignius.

Quare, quicumque hanc agendi rationem sequantur, paucis fortasse mulierculis, & auribus vultu plebeijs placent, à viris prudentibus, non secus ac declamatores pueri audiuntur, qui nec delectare, nec prodesse possunt.

Quamquam evenit sæpè, vt istud, quicquid est vitij, tum sanctitatis, tum doctrinæ virtutibus nonnulli sacri Oratores tegant; tamen si hanc eloquentiæ maculam eluerent, longè gratior eorum, addo etiam vtilior in publicum maneret oratio.

Radix vt plurimum huius mali pullulat in scholis, in quibus pueri rebus tragicis, & grandibus assueti, quæ vocis contentiones, & alios flexus desiderant, rati omnia eodem tenore pronuntianda, & in hac vocis infractione pulchritudinem quandam extare eloquentiæ, res ciuiles, minutas etiam plerumque, vel festiuas; eodem spiritu dicunt, & pronuntiant, videre est etiam adulescentulos in infimis scholis delitescentes, (ita dulcium vitiorum illecebra trahit imitatores;) Despauterianos versus recitare, non secus, ac si Miloniana perorationem, aut priami eadem, aut Niobes lachrymas declamarent.

Hoc demùm vitium in theatris alitur, vbi torui, & furiosi, & vllulantes, & ad insaniam

III: 3; vsque

Cantus
appellatur
Caricum
vitium.

Sud. &
Tab. l. 11.

Cantores
non habent
voci vna
varietatem.

Radix
ortus can-
tionis.

Educatio
cantus.

vsque ad nos visuntur, quæ dum apud imperitum populam, quæ istis rebus pascitur, habeant aliquid iucunditatis, è scena transeunt, non modo in oratorum pulpita, sed in ipsas concionatorum cathedras, ex quo latius in dies blandum serpit malum.

Qua igitur ratione hæc pronuntiatio tam peruersa euelli possit: hac, opinor, si pueri primum rebus submissis, & humilibus rotundè pronuntiandis assuescant, nec statim ad tragicas illas nectas, aut furores etiam procurant.

Remediū aduersus cantum.

Deinde, si sentium eorum, quæ recitant, maturè animaduertant, interdum etiam vernacula, non illa inflata, & tragica, sed grauiā, & sedata pronuntient. Præceptores bene monentes audiant, sua etiam vitia in alijs recognoscant.

Postremò, vbi iam ad illos palæstræ motus aptiores, & magis compositi fuerint, in orationibus exerceantur. quæ varios motus, ac vocis inflectiones admittant; vt quid submisisse, ac leniter, quid festinè, quid atrociter, quid sedatè, quid concitatius dicendum videant, è quibus pronuntiationis grata comparatur varietas.

Pronuntiationis exilis siccitas fugienda.

Neq; vero, cum tantopere cantus exagitantur, in eorum sectam transeundum est, qui dum Scyllam fugiunt, in Charybdin incidunt: Dum enim sibi persuadent cautionem esse ab oratore alienam, in exilem quandam deueniunt pronuntiationis siccitatem quotidiano sermone simillimam, quam iure reprehendit Quintilianus: oportet enim esse aliquid in actione nitoris, & curæ, quod qui penitus euellere student, corrumpunt eloquentiam. Maximè verò illud apparet in floridis argumentis, vt in ipsa Poëmatum recitatione, in qua, qui pueros in eam conantur adducere seueritatem, vt naturaliter, quod aiunt, pronuntiant, non solum quicquid in ea ætate est, rotunt gratiæ, & iucunditatis, sed eorum actionem absurdam, exilem, languidam, & penè senilem faciunt, vt præ istis iam cantores deserti, & benè fortunati videantur. Quis enim eum ferat, qui istos versus humiliter pronuntiet.

Serer tonantis (hoc enim solum mihi Nomen relictum est) semper alienum Tonem, Ac templa summi vidua deserti ætheris, Locumq; celo pulsa, pellicibus dodi. Non secus, ac si Dauus aliquis dicat, Here saluo, aut Phœdria secum. Dum rus eo cepti egomet, mecum inter viam, Ita vt sit vbi, quid in animo est molestia Aliam rem ex alia cogitatio.

(Quamquam, & hæc etiam aliquid artis desiderant) planè ridiculi sunt: qui ita pronuntiant, nec vident M. Tullium hoc genus improbasse, qui dixit in oratione, *cantum esse aliquem subobscuriorem*, artificiosos scilicet vocis flexus subindicans, quos, qui omnino reijciunt, dum se artificiosa dicunt improbare, fruuntur tanè sua persuasione, sed cæterorum labori dent veniam, qui nihil credunt esse perfectum, nisi vbi natura cura iuuatur.

Cantus in oratione subobscurior esse debet.

De alijs pronuntiationis vitijs.

De Coccyfino, Brancho, Suspirijs, Blæsanæ.

CAPVT V.

Alia sunt pronuntiationis vitia, & ea quamplurima, inter quæ Coccyfinus, Branchus, Suspiria, & Blæsanæ nates sæpius numerantur.

Coccyfinus sit, cum vox supra vires vigetur, vnde & suffocata sæpe, & maiore nisu, minus clara est, & interim elisa in illum sonum erumpit, cui Græci nomen ab imenato gallosum cantu dederunt. Quale autem illud sit, apparet ex Iulio Polluce, qui *κοκκίσιον* gallosum tribuit, ex autoritate Demosthenis, & lux lib. 5. Hyperidis, *ὑπερίδης ἡ κωκκίσιον*, & *ἀλεξίφορον* - *κοκκίσιον*.

Branchus, siue *εράχθη* est longus, & plenus, & clarus satis spiritus, non tamen firmæ intentionis, ideoque tremulus, vt corpora, quæ aspectu integra uerius parum sustinentur, vt ait Fabius, cuius etiam vitij meminit Pollucis Onomasticon, & *εράχθη* φωνῆ nomine.

Fabius l. 11.

Suspiriosus alij sunt, qui spiritum cum stridore per raritatem dentium non recipiunt, sed resorbent: sunt qui crebro anhelitu, & intorsum etiam clare sonante inuentur iumenta opere, & iugo laborantia: Quod affectant quoque, tanquam inuentionis copia vigeantur, maiorque vis eloquentiæ ingruat, quam quæ emitti faucibus possit: Est alijs concursus oris, & cum rebus suis coluatiatio: Jam tussire, & expuere crebro, & ab imo pulmone pituitam trochleis adducere, & oris humore proximos spargere, & maiorem partem spiritus in eloquendo, per nates effun-

Pronuntiationis vitia.

effundere; etiam si non vitæ vocis sunt vitia; quia tamen propter vocem accidunt, huic loco subijciuntur. Quod verò ad rectam spiritus & vocis œconomiam attinet, nec volubilitate nimia confundenda, quæ dicimus, quæ & distinctio perit, & affectus, & nonnunquam etiam verba aliqua sui parte fraudantur; cui contrarium est vitium nimis tarditatis. Nam & difficultatem inveniendi fatetur, & segnitia soluit animos, & in quo est aliquid temporibus præfinitis, aquam perdit. Promptum sit os, non præceps moderatum, non lentum; spiritus quoque, nec crebro receptus, concidat sententiam, nec eò usque trahatur, donec deficiat. Nam & deformis est consumpti illius sonus, & respiratio sub aqua diu pressa, & receptus longior, & non opportunus, ut quia fiat, non ubi volumus, sed ubi necesse est. Hæc Fabius.

De vocis naturalibus vitiis, & virtutibus.

CAPVT VI.

Vox nigra
græcè

Vilius Pollux, Onomastici lib. 2. c. 26. viginti ferme vitia enumerat, quibus mala vox appellari solet.

Prima est *μυλαίνω*, nigra, hoc est, obscura translatione ducta ab oculis ad aures. Nam ut nigrum segnius oculos afficit, ita hæc vox difficiliter in aures penetrat, & secum minus habet amcenitatis, imò tristis retinet quidpiam horroris.

φαιά, fusca, vel subnigra, differt quidem à nigra, quòd minus habeat obscuritatis, sed tamen à pura vocalitatis nitore longè abest.

Ακρό, inamœna; quales esse solent aliquando robustissime voces, cum quibus raro miscetur iucunditas. Et id in Cassio Seuero mirabile fuisse memorat Seneca, quòd valentissimæ vocis retineret suauitatem. Hæc enim inter se raro conueniunt, ut eadem vox sit suavis, & solida.

Σμικρά, pusilla dicitur à Quintiliano, quæ *επιρροή*, excelsa & prægrandis opponitur. Talis est eorum qui pipite magis videntur quam loqui.

Στινή, angusta, quæ veluti per arctum gutturis canalem tenuiter eliquatur, nec aures implet auditorum.

Ασώκη, Quæ vel difficilè auditur, vel

auribus importunè molesta est.

Ασφής, iusurda, vocatur à Fabio, quæ ut Aspendius citharista, sonum intus retinet, nec vocales habet emissiones.

Συκχημίνω, confusa, nec plenè articulatis sonis distincta.

Εκμύλι, absona, discrepans, & inconcinna.

Αμύλι, neglecta, sine nitore, & palæstra.

Ανάγωγος, rudis, & intractabilis, quales esse solent pulli equorum effrænes.

Απεδής, ad persuadendum inepta, qualis esse solet vox cantantium in oratione.

Αυσκαμπής, rigida, quæ agrè flexiones admittit.

Τραχῆα, dura, & aspera, quæ strepitu aures offendit.

Δισπαρμίνω, discrepta, quæ fit, quando sermo subsultat imparibus spatijs ac sonis, miscens longa breuius, grauius acutus, elata summissis, & inæqualitate horum omnium, sicut pedum, claudicat sermo: eadem varia & inconcinnus dicitur.

Αυπηρά, tristis & acerba, quæ auribus iniucundum sonum fundit, qualis esse solet rotatum stridularum, aut inconcinnatum aurium.

Βραχέδης, infirma, quæ tenuis & elisus spiritus in raucam exilitatem spargitur.

Χαλκήρεα, ænea, quæ instar ætis vehementi quodam tinnitu aures ferit.

Οφέα, acuta, quæ sonantius quàm par est, aures præcellit, & penetrat. Non enim acutissimus sonus orationibus conuenit, quòd prætenuis sit, & nimis secans, & immodicæ claritatis, contrariæ verò virtutes sunt.

Vox *ιψήλη*, alta, quæ ex firmis sparsa latetibus, aures implet plenissimè.

Υπέρροη, excelsa, & exaggerata, quæ non modo plenius auditur, sed ipsa firmitate durabilis est.

Λαμπιρά, clara, quæ nitidiùs personat, & nullis maculis infascatur.

Πλατῆα, plana, fusa, explicata.

Βαρῆα, grauis, & prægrandis, qualis esse solet valentissimorum musicorum, quæ si admixtam habeat suauitatem, laudatissima vox est; at verò dulcedinis expers, plerunque in vastam enormitatem spargitur.

Λευκή, candida, & pura, quæ aures afficit, ut color albus oculos.

Εκκαθαρμίνω, pura, pura, & quasi omnibus vitijs ac sordibus defæcata.

υδῆα

Virtutes
voci.

ἠδύη suauiſ, quæ gratiæ quodam flore delectat.

Ἐπαγώγῃſ illecebrosa, flexibilis, & delicatis modulis afflaens.

Ἐυμειλίῃſ exquisita, culta, facunda.

Ἐπιπέδιſ rotunda, simplex, & ad persuasivam aptissima.

Ἐυάγῳſ tractabilis, quæ faciliè ab imo citatur ad summum, à summo defluit ad imum, & in omnes conciditur varietates.

Ἐκαταῖſ flexibilis, & rigoris expers, quæ singentem sequitur, vt cera mollis digitos.

Ἐυλιπέτῳſ volubilis, citata, & velox, qualis esse solet optimorum oratorum, ubi pugnat densius.

Ῥυκῶνῳſ dulcis, & molli quodam decore efflorescens.

Ἀγυρῶνῳſ canora, stridula, & ad citharæ fides apta.

Ἐαφῆſ plena, perspicua, & auditu facilis.

Διαφανῆſ splendida, & molliter pellucens.

Et hæc ferme sunt vocum genera, & virtutes, quæ à natura proficiuntur, ab arte tamen culturam capiunt, & nitorem.

De quatuor virtutibus pronuntiationis.

CAPVT VII.

Quatuor sunt præcipuè pronuntiationis virtutes, Puritas, Perspicuitas, Cultus, Habilitas.

Puritas est salubritas quædam vocis, in qua nihil est vitij, cui officit vox subfunda, rudis, immanis, dura, rigida, varia, præpinguis, aut tenuis, inanis, acerba, pusilla, mollis, effeminata. Contra iuuat os faciliè, explanatum, iucundum, vrbatum, in quo nulla rusticitas, neque peregrinitas resonet, vt ait Quintilianus, Cicero 3. de Orat. 41. pari ratione condemnat vocem mollem, muliebrem, extra modum absonam, atque absurdam, item agrestem, & rusticanam: vultque proauntiarî non asperè, non vastè, non rusticè, non hiulcè, sed præfè, æquabiliter, & leniter. Accedit etiam tonus, seu accentus, quo homines vt æra tinnitu dignoscuntur. Hæc virtus, tum natura, tum consuetudine paratur, cuius vis magni momenti est. Itaque plurimum iuuabit à teneris rectæ pronuntiationi assuet-

cere. Nam qui grandiores peregrinas linguas discunt, vix adeo purè pronuntiant, vt ab indigenis vitioſo quodam sonitu non discernantur.

Perspicuitas, & lux pronuntiationis, est in articulata quadam expressione omnium syllabarum, legitimisq; interpunctionibus: de qua ita præcipit Fabius.

Dilucida verò erit pronuntiatio, primum si verba tota exegerit, quorum pars deuorati, pars destitui solet, pleſiq; extremas syllabas non profereantibus, dum priorum sono indulgent. Vt autem est necessaria verborum explanatio, ita omnes computare, & velut annumerare litteras moleſtum, & odiosum. Obseruandum etiam, quo loco sustinendus, & quasi suspendendus sermo sit, quod Græci ἄποδιαστολῆν, vel ἄποσιγμῆν vocant, & hoc arte, vt apparet, est parabile.

Ornatus est cultus vocis, & nitore, cui plurimum suffragatur à natura vox facilis, magna, beata, flexibilis, firma, dulcis, durabilis, clara, pura, secans, erecta, auribus sedeps, & ceteræ virtutes, quas ex Iulio Polluce commemorauimus. Accedit etiam totius organi pulchra compositio, vt lateris firmitas, vt spiritus cum spatio pertinax, & labori non faciliè cessurus.

Habilitas est in constanti quadam æquabilitate, pro argumentorum diuersa ratione, facunda pronuntiationis varietas. Vt enim optimus stylus licet sit perpetuò æquabilis, & sibi constans, tamen pro materia subiecta nunc grauis, nunc floridus, nunc leniter demissus apparet: sic laudata vox semper eadem, & à sua bonitate non discedens, multas pro rerum conditione admittit varietates, è quibus omnis ei decor efflorescit. Dicit non potest, quantam habeat gratiam ars illa variandi, quantum auditores exhilaret, & ipsum oratorem laboris vicissitudine reficiat. Contra verò Monotonia, non modo dicentem enecat, sed ipsos exanimat auditores. Omnino vt standi, ambulandi, sedendi vices sunt, nihilque horum pati diu possimus. Ita in pronuntiatione amamus gratiam vocis in iusta æquabilitate varietatem.

Erit igitur vox, vt præcepit Quintilianus, lætis in rebus plena, simplex, hilaris, fluens. In certamine erecta totis viribus, & velut omnibus neruis intentâ, atrox in ira, & aspera, ac densa, & respitatione crebra, paulum in inuidia faciendâ lentior, quia non ferè ad hanc,

hanc, nisi inferiores confugiunt.

At in blandiendo, fatendo, fatisfaciendo, rogando, lenis & submissa. Suadentium, & momentium, & pollicentium, & consolantium grauis. In metu, & verecundia contracta: in adhortationibus fortis, disputationibus teres, miseratione flexa, & flebilis, & consulto quasi obscurior, at in egressionibus fusa, & securæ claritatis, in expositione, ac sermonibus recta, & interacutum sonum, & grauem media. At tollitur autem concitatis affectibus, compositis descendit, pro vtriusque rei modò altiùs, vel inferiùs. Hoc profectò, qui præstare poterit, pronuntiationis assequetur perfectionem.

*Viciu vari-
tu in actio-
ne commen-
datur in
Gratiano.
Ausonius
in actio-
ne
grat. ad Gra-
tianum Im-
perat.* Et hanc ipsam virtutem Ausonius commen- dat in Gratiano. Quis tenor vocis cum incitata pronuntias, quæ inflexio remissa, quæ temperatio cum vtraque dispensas. Quis Oratorum læta iucundius, facunda cultius, pugnantia de- sius, aut densata glomeratius dixit: aut quod est cuique liberum cogitauit.

Cicero 3. de Orat. 216. pronuntiationem in plura genera diuidit, lenem, asperum: contra- ctum, diffusum: continenti spiritu, intermisso: fractum, scissum: flexo sono, recto: attenua- tum, inflatum. Hi sunt (inquit) actoris, vt pictori expositi ad variandum colores.

Iracundiæ amant acutum, incitatum; crebro incidens.

Miserationes, flexibile, plenum, interrup- tum, flebile.

Metus, demissum, hæsitans, & abiectum.

Vis, contentum vehemens, imminens qua- dam incitatione grauitatis.

Voluptas, effusum, lenem, tenerum, hilaratum, ac remissum.

Molestiæ, graue, ac vno pressu obductum.

De gestu, & ritibus antiquorum in nume- rando, & loquendo per gestus.

Et de hoc curiosæ Astabasdæ obser- uationes.

CAPVT VIII.

Restat altera pars actionis gestus, cuius lo- quax est quodammodo silentium, siqui- dem Cassiodorus in varijs, Orchestrarum lo- quacissimas manus, linguosos digitos, silenti- um clamoribus nominat, & eius expositionis tacite meminit, quam Musa Polyhymnia re- perisse narratur. His corporis, maxime verò di- gitorum signis in numerando plurimum vlos Digiti lim- buisse veteres, testatur Nicolaus Smyrnæus A- stabas, qui libellum à doctiss. Morello edi- tum de ea re conscripsit; & φρασι τῶ δακτυ- λικῆ μέτρῃ. Non erit hic à re alienum quæ- dam capita subijcere, vt inde varios vermicu- latorum digitorum flexus, vt loquitur Martia- nus, nec non nimis fortasse putidam in eo an- tiquorum inuentorum subtilitatem lector ag- noscat.

*Gestui lo-
quax silen-
tium.
Marius lo-
quaces.
Digiti lim-
buissi.
Nicolaus
Smyrnæus
Astabasdæ.*

RATIO ANTIQVORVM PVTDIVS CVLA NVMERANDI, & loquendi per gestus.

ΕΝ τῇ ταῖς χειρὶ καθέξει τούς ἀριθμούς οὐ-
μονάδας, καὶ δεκάδας, καὶ ἑκατάδας, ἐν τῇ δεξιᾷ τὰς
ἐξακοντάδας, καὶ χιλιοντάδας, τούς δὲ ἑπτακείνα
τῶτων ἀριθμούς, χαρὰ τῆν ἐν λευκῷ γὰρ ἔχεις ὁ-
πως καθέξεις ἐν ταῖς χειρὶ.

Ζυσελλομένῃ τῷ πρώτῃ τῷ μικροῦ δακτύ-
λου τοῦ μέγα καλουμένῃ, τῷ ἡτεράριον
ἑκταμένῳ, καὶ ἰσα μέγαν ὀρθίῳ, κατέχεις

IN manibus ita numeros continebis: & in manu quidem læua unitates & decades tenere debes; in dextra verò centenarios, & millenarios. Numeros autem, qui hos excedunt, notare alicubi oportet. Nam integrum tibi non erit illos manibus continere.

Minimo seu auriculari digito contracto: quatuor verò reliquis extensis, & erectis, in sinistra quidem manu unitatem solam con-

K k k tines,

ε̄ ρ̄ τ̄ η̄ δ̄ ρ̄ σ̄ η̄ ᾱ χ̄ η̄ ρ̄ ῑ ο̄ ῑ ᾱ δ̄ ᾱ μ̄ ῑ ᾱ ρ̄ ε̄ ε̄ τ̄ η̄ δ̄ ε̄ ξ̄ ῑ χ̄ ῑ λ̄ ῑ ο̄ ν̄ τ̄ ᾱ μ̄ ῑ ᾱ ρ̄ .

Καὶ πάλιν συνηλομένη, καὶ τὸ ᾱ, καὶ τὸ μ̄, αὐτὸν δευτέρου δακτύλου τὸ παραμένον, καὶ ἑπιβάτης γὰρ μένει. Ἐὶ λοιπῶν τεσσάρων, ὡς ἐσημασμένον, ἡ παραμένον, κρατῆς ε̄ ρ̄ τ̄ η̄ εὐνοῦνται, ὡς, ε̄ ρ̄ τ̄ η̄ δευτέρου δισχιλίου.

Τὸ δ̄ οὖν βίβας συνηλομένη, ἢ τοὶ τὸ σ̄ ᾱ, ε̄ β̄ ε̄ μέσῳ, καὶ μέσῳ, καὶ τῷ ἑτέρῳ δόσῳ, τῷ δ̄ λοιπῶν δὲ δύο ἐπιβάται, τὸ λιχνῶν λέγειται καὶ τὸ ἀνιχνῶν, εἰσὶ ἀπὸ κρατῆς ε̄ ρ̄ τ̄ η̄ λαοῦ, ε̄ ρ̄ τ̄ η̄ δ̄ τῷ δευτέρου τεσσάρων.

Πάλιν συνηλομένη τῷ δύο, τὸ μέσῳ, καὶ τὸ παραμένον, ἢ τοὶ τὸ δευτέρου βίβας, καὶ τὸ λαοῦ τὸ ἀνιχνῶν, καὶ τὸ ἀνιχνῶν, καὶ τὸ ἀνιχνῶν, εἰσὶ ἀπὸ κρατῆς, ε̄ ρ̄ τ̄ η̄ λαοῦ, ε̄ ρ̄ τ̄ η̄ δ̄ τῷ ἑτέρου τεσσάρων χιλίου.

Πάλιν δ̄ βίβας καὶ μέσῳ συνηλομένη, καὶ τὸ λοιπῶν τεσσάρων ἡ παραμένον, ἢ τοὶ ἀπὸ κρατῆς ε̄ ρ̄ τ̄ η̄ λαοῦ, ε̄ ρ̄ τ̄ η̄ δ̄ τῷ ἑτέρου τεσσάρων χιλίου.

Τὸ ἑπιβάτης πάλιν δ̄ καὶ δευτέρου συνηλομένη, καὶ τῷ λοιπῶν ἡ παραμένον, καὶ τὸ ε̄ ρ̄ τ̄ η̄ εὐνοῦνται, ε̄ ρ̄ τ̄ η̄ δ̄ τῷ ἑτέρου τεσσάρων χιλίου.

Τὸ μὲν π̄ πάλιν τὸ καὶ π̄ π̄ ἑπιβάτης, καὶ τῷ πάλιν τὸ π̄ π̄ ἑπιβάτης, τῷ δ̄ λοιπῶν ἡ παραμένον ἑπίβαται, εἰσὶ ἀπὸ κρατῆς ε̄ ρ̄ τ̄ η̄ λαοῦ, ε̄ ρ̄ τ̄ η̄ δ̄ τῷ ἑτέρου τεσσάρων χιλίου.

Τὸ δευτέρου πάλιν δ̄ καὶ π̄ π̄ ἑπιβάτης, καὶ τῷ κλινῶν ἑπιβάτης, εἰσὶ ἀπὸ κρατῆς ε̄ ρ̄ τ̄ η̄ λαοῦ, ε̄ ρ̄ τ̄ η̄ δ̄ τῷ ἑτέρου τεσσάρων χιλίου, καὶ τὸ π̄ π̄ ἑπιβάτης, καὶ τὸ π̄ π̄ ἑπιβάτης, εἰσὶ ἀπὸ κρατῆς ε̄ ρ̄ τ̄ η̄ λαοῦ, ε̄ ρ̄ τ̄ η̄ δ̄ τῷ ἑτέρου τεσσάρων χιλίου.

Ὅτως εὖ καὶ τὸ βίβας ἑπιβάτης ἡ παραμένον, καὶ τῷ ἑπιβάτης, καὶ τῷ δευτέρου, καὶ τὸ αὐτὸ σχῆμα, ε̄ ρ̄ τ̄ η̄ λαοῦ, ε̄ ρ̄ τ̄ η̄ δ̄ τῷ ἑτέρου τεσσάρων χιλίου.

tines, in dextra verò millenarium vnam. I. I. M.

Rursus contracto minimo, & medico, reliquis tribus, ut dicimus explicatis: in leua duo, in dextra millia duo tenes.

II. II. M.

Tertio autem, qui medius, & infamis dicitur, compresso, iacentibus alijs duobus, ac reliquis extensis, in indice nimirum, & pollice, quæ contines, in sinistra quidem tria sunt, in dextra verò tria millia.

III. III. M.

Porrò duobus medijs incuruatis, nempe medio, & medico: & reliquis extensis, nempe pollice, indice, & auriculari, exprimis in sinistra quidem quatuor: in dextra quatuor millia.

IV. IV. M.

Rursus tertio, medio ve contracto, & quatuor cæteris expansis, denotas quinque, leua, ac dextra quique nulla.

V. V. M.

Præterea incuruatis infanti, & annulari, & reliquis exporrecbis, in sinistra tenebis senarium: in altera sex millia.

VI. VI. M.

Item minimo, auriculariue extenso, & palmæ radici, seu brachiali apposto, reliquis elevatis, designas septem, leua altera septem millia.

VII. VII. M.

Rursus annulari, medio, & cæteris pariter exporrecbis, & inflexo, donec extremam vltimam partem apud contingat, adiacente etiam minimo, reliquis tribus, medio, indice, & pollice sublati: gellus, qui sit in sinistro, exprimit octo, in dextra octo millia.

VIII. VIII. M.

Sic igitur tertio digito, siue medio pariter constituto, atque alijs duobus ita positis, primo, auriculari videlicet, & secundo, siue medico, eadem conformatione, in leua decem, in dextra nouem millia.

IX. IX. M.

Præ-

Πάλιν τοῦ ἀνίχειρ^ο ἡλικιῶν, ἐχθρὸς ὁ
παραμοιῖς, ἀλλὰ πλείους πῶς, καὶ τὸ λιχαιῶ
ὁπλοποιεῖται μέχρις ἀν τῷ τοῦ ἀνίχειρ^ο
πρωτέρῳ ἀρθρῷ συμπίπτει, ὡς αἰ γένεσις γ-
μιν^ο σχήμα: τῷ ἡλικιῶν τρεῖς φυσικῆς
ἡλικιῶν, καὶ μὴ χωρίζουσαν ἀπ' ἀλλήλων,
ἀλλὰ συνημμέναν, τὸ τοιαῦτον, καὶ ὅλοι, ἐν τῇ
δασίᾳ. ρ.

Πάλιν τὸ τετάρτον, τὸ λιχαιῶν καλουμένου,
ὁπλοποιεῖται ἐπ' ἑτέρας ὁδοῦς, ὡς ἀπὸ τῆς ἡλικιῶ
μῆ^ο τῷ ἡλικιῶν καὶ ὁπλοποιεῖται, καὶ πρὸς
τὴν πάλαιαν ὡς ἐν τῇ ἀνίχειρ^ο, ὡς ἀπὸ τῆς
τοῦ μίχ^ο, καὶ τῷ ἀνίχειρ^ο ὡς ἀπὸ τῆς
τοῦ κειμέν^ο, καὶ οὐκ ἀπὸ τῆς τοῦ λιχαιῶ,
καὶ τὸ τοιαῦτον, καὶ ὅλοι, καὶ ἐν τῇ δασίᾳ
κακόσια. α.

Τὸ λιχαιῶν πάλιν, καὶ τὸ ἀνίχειρ^ο ἐκ-
τεταμένον ὁπλοποιεῖται, καὶ κατὰ τὸ ἄκρον
αὐτοῦ ἐγγίζονται, τῷ ἡλικιῶν καὶ ἐτετα-
μένον, καὶ συνημμένον ὄντων, ὡς ἀπὸ τῆς
τοῦ ἡλικιῶ, καὶ τὸ τοιαῦτον ὅλοι, καὶ ἐν τῇ
δασίᾳ.

Πάλιν τὸ τετάρτον ἐπ' ἑτέρας ὁδοῦς ὁπλοποιεῖται,
καὶ τὸ ἀνίχειρ^ο ὡς ἀπὸ τῆς λιχαιῶ, ὡς ἀπὸ
τοῦ μίχ^ο κειμέν^ο, καὶ πρὸς τὸ ἡλικιῶν ἀπὸ βλέπον-
τος μίχ^ο, ἐν τῇ κατὰ ἡλικιῶν τοῦ τεταμένον, καὶ
ἐν τῇ δασίᾳ τετρακόσια.

Πάλιν ὁπλοποιεῖται τὸ τετάρτον ἡλικιῶν, τὸ
ἀνίχειρ^ο ὡς ἀπὸ τῆς ἡλικιῶν ἐπὶ τῷ ἡλικιῶν
καὶ κειμέν^ο, ἐπὶ τῷ ἡλικιῶν τῷ λιχαιῶ, πρὸς τῆς
κατὰ ἡλικιῶ, καὶ ἐν τῇ δασίᾳ τετρακόσια.

Τῶν ἡλικιῶν ἔχοντων, καὶ τὸ λιχαιῶν κα-
λικιῶν τῷ ἀνίχειρ^ο ὁπλοποιεῖται, ἀπὸ τῆς
πρῶτης ἀπὸ τῆς μίχ^ο καὶ τοῦ πρώτου, καὶ
δευτέρου ἀρθρῶν τοῦ ἀκρον τοῦ λιχαιῶν τῷ ἡλικιῶ
συμπίπτει τῷ ἀνίχειρ^ο, ἐπὶ κατὰ ἡλικιῶ, καὶ ἐν
δασίᾳ τετρακόσια.

Πάλιν ὁπλοποιεῖται τὸ τετάρτον ὁπλοποιεῖται, ὡς καὶ
πολλὰκις εἰρησάμεν, συνημμένον, κειμένον καὶ
τῷ ἀνίχειρ^ο τῷ λιχαιῶ, καὶ κατὰ τὸ ἄκρον
τοῦ ἀνίχειρ^ο ἡλικιῶν ὡς ἀπὸ τῆς κειμέν^ο
τοῦ λιχαιῶ, ἐπὶ κατὰ ἡλικιῶ, καὶ ἐπὶ κατὰ ἡλικιῶ.

Præterea pollicæ expanso non tamen qua-
to, sed oblique utique, & indice inflexo, quo
usque in priorem articulum pollicis concu-
rent, ita ut coalescat sigmaris figura, reliqua
autem tribus naturaliter exporrectis, & non
separatis à se in vicem, sed connexis, talis go-
stus in sinistra denotat decem: in dextra cen-
tum.

X. C.

Ad hæc, quarto, qui index dicitur, explicato,
recta tanquam æquali linea: reliquis tribus
connexis, & ad palmam quasi figura anguli
paulum inclinatis, pollice autem super his ia-
cente, & ad indicem simul admoti: in sinistra
talis gestus viginti denotat: ac in dextra du-
centa.

XX. CC.

Rursum in indice, & pollice in porrectum sub-
inclinatis, & in apice summo sibi met appropin-
quantibus, cæteris tribus extensis & connexis,
prout à natura ducuntur: talis flexus triginta
declarat in laeva, & trecenta in altera.

XXX. CCC.

Item quatuor recta extensis, & pollice su-
perinducto indici, insitit literæ r. gamma, & ad
partem superiorem exteriorem spectante, in
sinistra notat quadraginta, & in dextra qua-
dringenta.

XL. CCCC.

Porro eodem modo quatuor explicatis re-
cta, & copulatis: pollice verò insitit r. gamma
in interiorem partem flexo, ad pedus, siue ar-
tum indicis: quin quaginta denotat in laeva, &
in altera quingenta.

L. D.

Hæc cum ita se habeant, & in indice pollicis
circumflexo, ita ut index contingat media iun-
ctura, primum & secundum articulum, &
frons eiusdem indicis montem pollicis præ-
cingat, sexaginta declarat in sinistra, & sexcen-
ta declarat in dextra.

LX. DC.

Item tribus similiter extensis, & ut sæpe
diximus connexis: pollice etiam super indi-
cem immisso, & ad summitatem vnguis in gy-
rum cœunt, cum indice signat septuaginta in
laeva, & septingenta in altera.

LXX. DCC.

Kkk 2

Rursum



Πάλιν τ' ἑὴν συνημμένων ἰσαμένων καὶ ἐν σχηματι γωνίας, καὶ πρὸς τὴν παλάμην ἔθεν βλέπόντων, τὴν δ' ἀντίχειρα ἐπάνω τῶν μέσων, καὶ τὴν δακτύλον, ὡς κονδύλου, πρὸς τὴν ῥίζην ἐν τῇ αὐτῇ δακτύλου κειμένην, καὶ πρὸς τὴν παλάμην ἠρμωμένην, καὶ ἑλκων ἐπάνω ἀντιχειρὸς κειμένην ἐπὶ τῇ πρώτῃ ἀρθρῷ αὐτῆς, ἀχρὶς αὐτῆς τὸν ἀκρὸν ἐπὶ τῷ ἑξῆς συμπίπτει δ' ἀντιχειρὸς, ὀρθοκοντα τὸ τρίτον δῆλοι καὶ ὀκτακόσια ἑξήκοντα.

Ἄλλοις τὴν χεῖρα παλάμην δίκην σπειλας, ὀρθῶς ἐπιτείναντες ἀντιχειρὸς, καὶ τοὺς ἑξῆς ἐκτείναντες δακτύλους, τὴν δ' ἑλκων ἀφείκτες, ὡς ἀπὸ τῆς σπειλας ἔξωθεν ἐγένετο, τὸ τρίτον σχῆμα, ἐπὶ τῇ πρῶτῃ ἀρθρῷ, δῆλοι ἐκνεύκοντα, ἐπὶ τῇ δευτέρῃ ἑξήκοντα.

Rursus tribus iunctis, erectisque, ad figuram anguli, & ad palmam prospicientibus, pollice autem supra medium, & tertium digitum innitente, & incumbente curvatura, que ad radicem ipsius est, & ad palmam adaptato, atque indice super illi circumflexo ad primum articulum, donec summitate concidat in moxtem pollicis: talis gestus in dextra effingit octoginta, & octingenta in laeva.

Denique manu palmi instar contracta, erecto pollice, ac digitis tribus extensis, dimisso iadicæ, vt à contractione flexus asloctur.

cuiusmodi gestus in sinistra nonaginta indicat, in dextra nonaginta, LXXX.

DCCCC.

NEque verò tantum numeralles, sed & per determinatos quosdam gestus collocatos: fuisse narrat Isidorus l. i. c. 25.

Sunt quedam & digitorum notæ, sunt & oculorum, quibus secum taciti, proculque adstantes colloquuntur: sic mos est militaris, quoties consentiat exercitus, quia voce non potest, manu promittat. Alij quia voce non possunt, gladiatorum motu salutent. Vnde etiam Ennius, de quadam impudica, quasi in choro pila ludens datatim dat se, & communem facit. Alium tenet, alij aduiscat, alibi manus est occupata, alij dat annulum spectandum, & à labris alium inuocat, cum alio cantat, at tamen alijs dat digito literas, & Salomon annuit oculo, terit pede, digito loquitur. Testatur id quoque saltatio Chitonomicæ, qua motus manuum ad numerum compositus, affectus animi prædebat. Et vt aliquid ex sacris recensemus, extat libellus Ariæ Montani, qui Hieronymias inscribitur, de gestu, & actione, è quo varias gestuum significationes colligas, quas ipse ex sacro instrumento confirmat: Ego (quod huius magis proprium est instituti) Orationum, Poëtarumque aliquot testimonij demonstrabo.

VARIÆ GESTVVM NATVRALIVM SIGNIFICATIONES, EX SACRIS, & PROFANIS.

CAPVT IX.

OMnis motus animi (quod præclare à Marco Tullio dictum est) suum quendam à natura habet vultum, & sonum, & gestum, totumque corpus hominis, & eius omnis vultus, omnesque voces, vt nerui in fidibus, ita sonant, vt à motu animi quoque sunt pulsæ. Itaque non erit superuacaneum hæc de motu naturali præmittere.

Capitis demissio mortificam, & luctum consequitur: estque is habitus solemnus, ijs qui diuini iuræ deprecandæ causâ ad squallorem se abijciunt, quanquam id non nunquam vitio hominum, simulatione magis, & imitatione veritatis, quam certo & constanti animi proposito fiat. Sic D. Remigius Clodouæum Regem Francorum, ad Christianam demissionem hortatus, dixit,

Mutu depona colla Sicambæ.

Caput attollere, superbientium, & arrogantium gestus est, ἀρχένα γὰρ πορ ἀέπερ apud Nonnum Dionysiacum 19. Cornicem serocem erigere, id est superbire.

Caput:

Caput altum, & erectum victores ferunt, *ἡγῆται τῶν* est que latuitia, ouationis, & victoriae signum, *ἠφελὴν μᾶ-* & is gestus Marti Machabæorum paria iam *λα φασί φῶς.* victoria tribuitur a D. Gregorio Nazianzeno.

Capitis nurus apud Homerum Iliad. 1. est ratae promissionis signum.

Ἄλ' ἀρετὴ κεφαλῆς ἀταλεύσεται.

FRONS.

Frons dura, ad obstinationis, & contumaciae, perfidia, impudentiaque notas refertur. Unde, & frons perijisse dicitur ijs, qui summa impudentia sunt armati. *Clamores* Melicoria perijisse *Frontem* dicitur Perillus.

O C U L I.

Plin. lib. 11. 37.

Oculi, per quos maxime animus emanat, sunt enim, ut ait Damascius in vita Iliodori. *ἀγῶν μαλα* *δουχὲς ἀκρίβη.* Accurata quadam animi simulachra Et, ut ait Plinius. Ardent, intenduntur, humectant, continent, hos cum oculamur, animum ipsum videmur attingere.

Oculi in sublime elati, arrogantia, atque superbiae indicium faciunt: sicut demissi, humilitatis. Gregorius Nazianz. in odis.

Κατὰ βλέπωντα περὶ.

Oculos attollunt orantes, & petentes aliquid a Deo.

Ad. oculum tendens ardentia lumina frustra. 2. Aeneid.

Oculi auerfi, negantis, aut fastidientis, vel dissimulantis, aut negligentis gestum ostendunt. Sic Didonis umbra Aeneam respiciens apud Virgilium.

Ille solo fixos oculos auersa tenebat.

Elaut. in asparia.

Oculi nictantes malitiosos mores arguunt, cogitationesque indicant peruefias, & noxias. Unde Comicus. *Νεὸς ἰλλὰ ὀλλὶ ἄνθρωπῳ πικρὸς, πικρὸς, ἀπῆνας.* Et infaustas opinor *ἠγῆται μὲν* *ἰσῶν* nictationes simulachrorum, notat Plutarch. in Camillo.

Oculi lachrymis deficientes, vehementissimum, & durissimum dolorem indicant, qui leuari vel flendo nequeat.

Tristior, & lachrymis oculos suffusa nitentes. Aeneid. 1.

Oculos attollere in rem aliquam, est ei at tendere, cupideque animum aduertere.

Obstruque haeret desixus in vno. Aeneid. 3.

Oculi clausi meditantem, & cogitantem animum prodant, idque non raro in malam partem interpretatur. Vt Proverb. 16. Qui at-

tonitis oculis cogitat praua. Hebraice *קָרָא* id est, claudens.

Oculos aperire, vigilantium, & attendentium. Cic. pro Milone. *Aliquando ad eum puniendum oculos aperuisti.*

N A R E S.

In naribus magna, vel irae, vel lenitatis significatio est in sacris literis. Nares enim vento, vel fumo incensa, iram grauissimam, & praesentis ultionis auidam significant. Iob. *Ascendit fumus de naribus eius. & ignis ex ore eius vorabit, carbones succensit sunt ab eo.* Et gloria narium eius terror. Contra vero summae lenitatis indicium est narium latitudo, & facilitas respirationis.

Narium varia affectiones.

Atque lenitas, & patientia Dei hac imagine indicatur, qui perpetuo a Prophetis *נָרִים* id est, latis naribus est appellatus, pro quo interpret nosster, longanimis, vertit. Iob. 39. 23.

Applicabantur ad nares, certa vani cultus ceremonia ad ortum Solis adorantes, quasi odoris suauitatem Soli tribuentes, & ascribentes. Ezech. 8. 17.

O S.

Manus super os imposta eorum habitum describit, qui veritate redarguti, aut potestate, auctoritateque conuicti, obmutescunt, pudet, factique tacent. Mich. 7. 36. apud Ethnicos, adorantium gestus est, ut patet ex Apuleio Metam. 1. 4.

Oris affectus & significata.

Et ad mouentes oribus suis dexteram, primore digito in erectum pollicem residente, ut ipsam protius Deam Venerem religiosi adorationibus venerabantur.

F A B I A.

Labia contrahere, oculis innuere, ad irrisorum, & duplicum, aut maleuolorum gestum indicandum pertinet. Item etiam labia scindere, aut retorquere significat. Proverb. 16. 30.

L I N G V A.

Linguae qui mordet propriam, doloris, & laboris impatientiam prodit. Apocal. 16.

D E N T E S.

Dentibus frendere, hoc est, dentes diductis labijs ostendere, irridentium, & insultantium est habitus.

Indignabundi etiam hominis gestus est aduersum alterum grauius affecti, dentibus stridere Aeneid. 3.

Dentibus infrendens genu. Et Apollinaris; *Ὅσα λέγων ὁλοὸς βρυχάμεται. & ἀπραγιθυμῶ.*



FACIES TOTA.

Faciem in rem aliquam conuertere. intentionem, studium, attentionem, operamque præstantis gestus est. *Æneid. 2.*

Contra vero faciem auertere, vel abscondere, negligentis, reuertentis, auersantis, atque deestantis habitus est.

Ille solo fixos oculos auersa tenebat,

Nec magis incepti vultum sermone mouetur,
Quam si dura silex, ausisset Marpesia cautes.

Faciem demittere, eorum est, quos conscientia accusat. *Æneid. 3.*

Daieit vultum, & demissa voce locutus est.

Contra vero, faciem tollere, eorum est, quos bona conscientia, & spes, fidesque, erigant, charitas quoque animat.

Faciem etiam in terram demittere, adorantis, & tremantis diuinam maiestatem habitus est Nonnus in Ioannem.

Μάκτρον ἰατρὸς κρησίδων αὐχένα
κἀπυλοῖα.

Est etiam facies superbæ, atque arrogantis index. *Cic. 4. Verr. Nostis os hominis, nostis audaciam.*

VULTVS.

Varia etiam, & multiplici forma vultus nuncatur, quod & Latinum ipsum indicat nomen. Estque variarum animi affectionum index plerumque certissimus.

Pallidus mollitiam, timorem, & dolorem prodit.

Obscurus & niger, miseris, & laboris, vehementisque animi turbationis index est.

Ad summum, ut ait Quintilianus, dominatur maximè vultus. Hoc supplices, hoc minaces, hoc blandi, hoc tristes, hoc hilares, hoc erecti, hoc submissi sumus; hoc pendent homines, hunc intuentur, hunc spectant etiam, antequam dicamus, hoc quosdam amamus, hoc odimus, hoc plurima intelligimus.

BRACHIA.

Brachium extensum, vel eleuatum, potentiam, & facultatem, ad rem gerendam, conficiendamque significat: estque autoritatis, roboris, & fortitudinis habitus. Contra cohibere brachium, est pudoris. Cicero pro Cælio.

Nobis olim annus erat, vnus ad cohibendam brachium toga constitutus, vt exercitatione, ludoque campèstri tunicati uterentur.

Brachium sigillatim, memorem indelebilem indicat in facie, *Cætic. 8. Pone manum super brachium tuum.*

CVBITVS.

In cubitum recumbere est immorantium, & familiariter, seculæque ægentium, *Eccles. 9. Nec accumbas cum eis super cubitum.*

MANVS.

Membrorum vnum totius humani corporis, manus vt habilissima, & in omnem partem motu facilissima, ita etiam, & multiplici habitus artifex, & variæ significationis est index.

Vt suæ autem binæ manus, dextera, & sinistra, interdum altera, interdum etiam vtrique, & motum, & habitum efficit, quorum præcipuas formas indicabimus.

Manus altera sublata, & erecta, vel extensa, vim, & robur, potentiamque indicat. *Exo. 15.*

Manus etiam altera, videlicet dextera, eleuatur ad iuramentum.

Manus extensa, pacificatoris, & silentium indicentis habitus est. *Perf. satyr. 4.*

Fort animus valida fecisse silentia turba
Maisitate manus.

Manus ori admodum, habitus est tacentis, & modeste agentis, admirantis etiam, seculumque reputantis.

Tali gestu exhibebatur Harpocratis simulacrum, apud Ægyptios Tales quoque sunt, quorum *χρυσία κληῖς ἐπὶ γλώσσα βέλκεται*, *Clauis aurea in lingua* ut ait Sophocles.

Est etiam obseruantis erga alium habitus, & cultus signum. *Iob. 31. 27.*

Et ostentatus sum manum meam ore meo.

Manum extendere ad indicandam, & probandam, confirmandamque sententiam, aut personam. Inde *χρῆσις ἀν* apud Græcos, idem est ac sciscere, & decernere.

Manum dare, habitus est, foedus & societatem firmantis cum alio, aut sese in alterius potestatem deditis. *Cic. epist. 1. 7.*

Totum hominem tibi trado, de manu vt aiunt, in manum tuam istam, & victoria, & fide præstantem.

Manum alterius apprehendere, admonentis, hortantis, & robur addentis est. Sic Græci *χρησῶντι* vsurpant.

Manus porrectio, & auxilium, opemque significat. *Synecius.*

ἄνευ χειρῶν, ἄνευ πόδαί, ἄνευ μακάριον.

Manes in alcom sublatæ, ornantis, & miseriam suam proficentis habitus est, Virgil. 4. Æn. Dicitur ante aras, & media inter numina deum.

Multa in eorum manibus supplex orasse scribitur.

Manus implere, in factis est, in irati ad munera, & sacrificia offerenda, vt Paral. 1. 29. Implet de auri suam hodie.

Manus la-
nare.

Manus sibi lauare, innocentiam, & puritatem, atque alienationem a malo, vel opere, vel consilio profiteatis habitus est, & hoc ex Iudeorum more, vt patet ex Psalm. 72. 13. Laui inter innocentes manus meas.

Manus tolluntur etiam ad publicam gratulationem Deo prestandam, atque ad laudem. Æneid. 2.

Stetit exutas vinculis ad sidera palma.

Manus in sinu tenere, otiosi, negligentisque habitus est, vt psal. 72. Hoc prou. 11. vocatur, 7. 7.

Manibus plaudere, irridentium, insultantium, explodentiumque est, apud Hebræos: aliter hoc signum Græci, Latiniq; interpretantur, quibus plausus gratulationis indicium est.

Manum sub femore Abrahæ posuit famulus, antiquo, & arcano iuriburandi ritu, solis opinor Hebræis noto, idque, vt patres interpretantur, quod ex Abrahæ femore egressurus esset Messias, Genes. 24.

Manuum
imponere.

Manus imponere alijs potestatem superiorem significant communicatam ei, cui manus imponuntur, & officij, muneris, ac vicis traditionem, atque authoritatis etiam, dignitatique concessionem, & hoc quidem in sacris: apud profanos vero auctores, manum iniicere, & sibi vendicare Virgil. 10. Æn.

Intecere in animam Parca, telisque sacrarunt, Euidri.

Victimis mactandis manus ij, qui sacrificabant, imponere solebant: eo habitu suorum ipsorum reatum professi, & debiti exsolutionem atque vices victimis ipsis expiationis causa tradentes, magna arcani mysterij de Christo significatione. Hoc ex more Hebr. Leuitic. 4.

Præterea, in benedictione, atque felici imprecatione manus imponebantur.

Manuum plausus, approbationis, & laudis etiam significationem habet. Ista. 55. 13.

Manus super caput significant colorem, & merorem, animique impatientiam. Sic apud Latinos frontem ferire iracundiæ, & angoris signum Iugenuille, vt frontem ferias Cic. ad Att. l. 1.

Manuum propriatum commissio & complicatio, aut complexus brachiorum, ad pigrorum, desidium, & stultorum notas indicandas, affertur sæpe in sacris.

Palmam alterius tangere, habitus est, fidem mutam sibi dantium, foedere, aut alio pacto conuenientium. Vnde apud Xenoph. κατὰ νότον τιμωρίζαι, id est, publicam fidem.

Denique de manuum usu hæc præcipit Quintilianus.

Manus vero, sine quibus trunca esset actio, Manuum ac debilis, vix dici potest, quot motus habeant, in actione dignitas. Nam cætera partes loquentem adiuuant, Quin. l. 11. hæc (propè est, vt dicam) loquuntur: an non his poscimus? pollicemur? vocamus? dimittimus? minamur? supplicamus? abominamur? timeamus? interrogamus? negamus? gaudium, tristitiam, dubitationem, confessionem, poenitentiam, modum, copiam, numerum, tempus ostendimus: num eadem concitant? inhihent? supplicant? probant? admittunt? veresundant? num in demonstrandis locis, atque personis. aduerbiorum, atque pronominum obtinent vicem? vt in tanta per omnes gentes, nationesque linguæ diuersitate, hoc mihi omnium communis sermo videatur.

DIGITVS.

Digitus ori ad motus silentium taciturnitatemque significat Iuuenalis:

- digito compe, te labellum.

Digitus loqui, arrogantium est, & imperiosum Tibullus:

Et vocet ad digitum, me tacitura sonum.

D E X T R A.

Dextram dare, eorum est, qui amicitiam, societatemque simul inuent, & munerum communionem profitentur Ista. 55. 13. etiam dicitur, φιλοφρονας Ista.

P E D E S.

Pede percutiunt irrisores, & insultantes alienis calamitatibus, in sacris: Et Ezech. 25. Significat etiam apud Plutarchum hic gestus imperiosum.



periosum: Οπὲρ ἡ Ἰταλία ἐγὼ κρῖσσω τῶ ἀδὶ τῆν γῆν, ἀναδύθηκα ποσειδά, ἔπιπικαὶ ὀνάμεις, inquit Pompeius.

Pes constans, vel rectus, certum, constans, & rectum studium, propositumque indicat.

Contra verò, pedes moti, inconstantis, & tubantis habitus cum sint sententia mutationem, aut dubitationem, metumve arguunt in arcana significatione. Vagi etiam pedes, apud Græcos præcipuè, in mulieribus flagitium significat: vnde Theognis nominat γυναικῶν περιδρομορ, adulteram.

dentur bellè admodum agere, prudentibus autem, & sedatis serere, & insanire iudicantur. Fugienda ceruix elata ζυγία ζόντων καὶ μετῆν γῶμ. Caput incurtum, rigès, obstipum, laxum, effluens, καρ. ἑ. ν. λέαζορ, crescentes humeri, vultus asper, αὐθάης, impudens, mollis, frigens caperata, tristis, deiecta, oculi defixi, immobiles, κεραττοίεμανοι assidue micantes, nimis versatiles, Saturnij, truculenti, toru. canini, emissitij, supercilia elata, os peruersum, nares vnæ & corrugatæ, status humilis, indecens corporis filum, manus incompolitæ, pedes ἀσατέητες.

Gestus oratorum talis esse debet, vt emineat etiam in affectibus, gravis quidem deor, de quo ita præcipiunt Alcuinus, & Quintilianus.

De gestu oratorio.

CAPVT X.

Legendus Cic. 3. de orat. 248.

Indecorum nimia gestulationu.

ET ista quidem signa sunt naturalia, in quæ nullis artium instructus adiumentis, impetus prorumpere solet. Non licet tamen oratori, vbique gestus, quamuis ipsi rerum explicitissimi sint, adhibere. Nam, quæ infantia eorum est, qui nihil sine motu corporis dici volunt? Itaque, si de agrote loquantur, perterritant venas, medicorum more, si de citharædo, manus in modum percutientis nervos formant, si de tibia, admotis ad os vermiculantibus digitis, parum abest, quin sibilum reddant. Hæc ne in scena quidem Comicorum sunt toleranda. Abesse enim debet plurimum (vt ait Quintilianus) à saltatore orator, vt sit gestus ad sensus magis, quam ad verba accommodatus. Non enim, aut in illa periodo. Stetit solentus Prætor populi Romani, inclinatio incumbens in sinum muliercule Veris effingenda est, aut in illa: Cadebatur in medio foro Messana, motus laterum, quælis esse ad verbera solet, torquendus; ne vox quidem in expositionibus, qualis esse solet, aut ciulantiu, aut farentium eruenda, hæc enim nimis affectatam sapiunt imitationem, & oratoris aduersantur grauitati.

Longè igitur errant in hac parte nimis astuosi, qui modò præliantur, modò poscunt pocula, modò micant argutijs digitorum, modò cubitos vtrimque in diuersum latus ventitant, iaculantur, secant, vrunt, terunt, omnium artium modos, figuras, & status expriment: Atque illi imperitæ fortasse plebi vi-

Ut recta sit facies, ne labra detorqueantur, adstringantur, mordeantur, ne corrugentur nares, ne immodicus hiatus distendat rictum, ne supinus vultus, ne deiecti in terram oculi, ne inclinata ceruix, ne elata, aut depressa sint supercilia, oculi rigidi, & extenti, & languidi, aut torpentes, aut stupentes, aut lasciuji, & mobiles, aut natantes, & quadam voluptate suffusi, aut limi, aut poscentes aliquid pollicatæscue nunquam esse debent: Pectus, ac ventres proijcere indecorum est, varicare supra modum, & stando, deforme est, & accedente motu, propè obscœnum.

Reprehendenda illa frequens in vtramque partem nutatio, quam in Curione patre intulit & Iunius, quærens, quis in lintre loqueretur.

Hæc obiter Quintilianus: de manu verò, in qua plus est operæ, plura subiicit, quæ scrupulosius obseruari nolim, cum præsertim simplex, & minimè affectata manus compositio, nunc magis arrideat, ne pigebit tamen legere.

Est autem gestus ille maximè communis, quo medius digitus in pollicem contrahitur, explicitis tribus, & principijs utilis, cum leui in vtramque partem motu modicè prolatus, simul capite, atque humeris sensim ad id, quò manus feratur, obsecundantibus, & in narrando certus, sed tum paulò productior, & in exprobrando, & in congruendo acer, atque instans. Longius enim partibus his, & liberius exercitur. Vitiosè verò idem sinistrum, quasi humerum petens, in latus agi soleri, quam adhuc peius aliqui tranuersum brachium

Alcuinus in sua Istorica.

Curiole Geminio. obseruatio in manu.

chlum proferunt, & cubito pronuntiat. Duo quoque medij sub pollicem veniunt, & est hic adhuc priore gestus instator, principio, & narrationi non accommodatus.

At cum tres contracti pollice premuntur, tum digitus ille, quo vsus optimè Crassum Cicero dicit, explicari solet. Is in exprobrando, & indicando, vnde ei nomen est, valot, & alleuata, ac spectante humerum manu paulum inclinatus affirmat.

Verfus in terram, & quasi pronus vrget, & si aliquando pro humero est. Idem summo articulo, vtrinque leuiter appreheso, duobus modice curuatis, minus tamen minimo aptus ad disputandum est.

Aculus tamen argumentari videntur, qui medium articulum potius tenent, tato contractioribus vltimis digitis, quanto priores descenderunt.

Est & ille verecundiae actioni aptissimus, quo quatuor primis leniter in summum coeuntibus digitis non procul ab ore, aut pectore fertur ad nos manus, & deinde prona, ac paululum prolata laxatur.

Hoc modo cepisse Demosthenem credo in illo pro Cresiphonte timido, demissoque principio: sic formatam Ciceronis manum, cui diceret: Si quid est in me ingenij, iudices, quod sentio, quam sit exiguum. Eadem aliquatenus liberius deorsum spectantibus digitis colligitur in os, & fufius paulo in diuersa resolutur, vt quodammodo sermonem in ipsum referre videatur.

Binos interim digitos distinguimus, sed non inserto pollice, paulum tamen inferioribus intra spectantibus, sed ne illis quidem tenentis, qui supra sunt. Duo interim extremi palmam circa ima pollicis premunt, ipse prioribus ad medios articulos iungitur, interim quartus oblique reponitur, interim quatuor remissis magis, quam tenentis pollice intus inclinato, habilem in latus demonstrando, aut distinguendo, que dicimus, manum facimus, cum supina in sinistram latus, prona in alterum fertur.

Sunt & illi breues gestus, cum manus leuiter pandata, qualis vouentium est, paruis intervallis, & subassentiens humeris mouetur, maxime apta, parca, & quasi timide loquentibus.

Est admirationi conueniens ille gestus, quo manus modice supinata, ac per singulos a minimo collecta digitos redeunte flexu simul

explicatur, atque conuertitur. Nec vno modo interrogantes gestum componimus, plerunque tamen verentes manum, vtrunque composita est, pollici proximus digitus, mediumque, qua dextera est, vnguem pollicis summo suo iungens, remissis ceteris est, & approbantibus, & narrantibus, & distinguentibus decorus.

Cui non dissimilis, sed compressis tribus digitis, quo nunc Graeci plurimum vtuntur, etiam vtraque manu, quoties enthymemata sua gestu, velut cornu tundunt caesum.

Manus lenior promittit, & assentatur, citatior hortatur, interim laudat. Est, & ille vrgens orationem gestus vulgaris, magis quam ex arte, qui contrahit alterno, celerique motu, & explicat manum. Est, & illa caua, & rara, & supra humeri altitudinem elata, cum quodam motu, vtur hortatrix manus, a peregrinis scholis iam prope recepta. Tremula scenica est. Digtos cum summi coierunt, ad os referre, cur quibusdam displicuerit, nescio. Nam & id leuiter admirantes, & interim subita indignatione, velut pauescetes, & deprecantes, facimus. Quin compressam etiam magnum in signum poenitentiae, vel irae, pectori admoemus, vbi nox, vel inter dentes expressa non dedecet. Quid nunc agam? quid faciam? A dverso pollice demonstrare aliquid receptum magis puto, quam oratori decorum. Sed cum omnis motus sex partes habeat, septimusque sit ille, qui in se redit orbis, vitiosa est vna circūuersio, reliqui ante nos, & dextera, laeva que, & sursum, & deorsum aliquid ostendunt. In posteriora gestus non dirigitur, interim tamen volut rejci solet.

Optime autem manus a sinistra parte incipit, in dextra deponitur, sed vt deponere, non vt ferre videatur, quantaquam, & in fine interim cadit, vt cito tamē redeat, & non unquam resilit, vel negantibus nobis, vel admirantibus. Hic veteres artifices illud recte adiecerunt, vt manus cum sensu, & inciperet, & deponeret. Alioqui enim, aut ante vocem erit gestus, aut post vocem, quod est vtrinque deformē. In illo lapsi nimia subtilitate sunt, quod intervallum morus tria verba esse voluerunt, quod nec obseruatur, nec fieri potest, sed illi quasi mensuram tarditatis, celeritatisque aliquam esse voluerunt, nec immerito, ne aut diu otiosa esset manus, aut, quod multi faciunt, actionem continuo motu coniderent.

Aliud est, quod, & fit frequentius, & magis fallit. Sunt quaedam lateris sermonis percussiones, & quasi aliqui pedes, ad quos plurimum gestus cadit, ut sit vnus motus. *Novum crimen*: alter, *C. Caesar*: tertius. & *ante hunc diem*: quartus, *inauditum*, deinde, *propinquus mens*. Et: *Acto Q. Tubero detulit*. Vnde id quoque fuit vitium, ut iuvenes cum scribunt gestu prae-modulati cogitationem sic componat, quomodo casura manus, sit. Inde & illud vitium, ut gestus, qui in sine dexter esse debet, in sinistram frequenter desinat. Melius illud, cum sint in sermone omni breuia quaedam membra, ad quae si necesse sit, recipere spiritum liceat, ad haec gestum disponere, ut puta: *Novum crimen C. Caesar*, habet per se finem quendam suum, quia sequitur coniunctio. Deinde: *Et ante hunc diem inauditum*, satis circumscriptum est. Ad haec commodanda manus, idque dum irrumpit, erit prima, & composita actio. At ubi iam caloream concitauerit, etiam gestus cum ipsa orationis celeritate crebrescet. Alijs locis citata, alijs pressa conueniet pronuntiatione. Illa transcurrimus, congerimus, abundamus, festinamus, ac instamus, inculcamus, insignimus. Plus autem affectus habet leuiores. Ideoque Roscius citatior, AEsopus grauior fuit, quod ille comedias, hic tragoedias egit. Eadem motus quoque observatio est. Itaque in fabulis iuuenum, senum, militum, matronarum, grauior ingressus est. Serui, ancillae parafiti, piscatores citatius mouentur. Tolli autem manum artifices supra oculos, demitti infra pectus verant, ad eod. a capite eam petere, aut ad inum vntrem diducere vitiosum habetur. At sinistram in tra humerum promouere, vl-

tra non decet. Sed cum auerfantes in laeuam partem, velut propellens manum, sinister humerus proferendus, ut cum capite ad dextram, serene consistat.

Manus sinistra, nunquam sola recte gestu facta, dextera se frequenter accommodat, siue in digitos argumeta digerimas, siue auerfis in sinistram palmis abominamur, siue obijcimus aduersas, siue in latus vtrumque distendimus, siue satis facientes, aut supplicantes.

Diuerfi sunt autem hi gestus, siue submissimus, siue adorantes attollimus, siue aliqua demonstrationi, aut inuocationi protendimus: [Vos Albani tumultu, atque luci.] Aut Gracchanum illud: [Quo me miser conficiat, quod verum? in Capitolium ne: ac fratris sanguine redundat, an domum?] Plus enim affectus in his iuncturae exhibent manus. In rebus paruis, tristibus, miseribus, breues: magnis, letis, atrocibus extensiores sunt.

Vestis ea esse debet, quae conditionem, & locum, & tempus deceat, in qua, ut nimia cura suspitionum habet mollitia, ita supina negligentia a civili cultu aliena est. Ceterum si quando illud Fabij valuit, maxime in actione retinendum est. Non sit se quisque, nec tantum ex communibus preceptis, sed etiam natura sua consilium capita formanda actionis. Qui plura vult, legat eruditissimum librum, Ludouici Cresolij e Societate nostra, quaestorem oratoriam accurare profectus est: mihi tantam rerum comprehensionem vno corpore molienti, diuini immorari in te praesertim, quae solo penae viu discitur, non placuit.